



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

XXXIX. Papst Jnnocenz IV. fordert die Markgrafen von Brandenburg auf,
unverzüglich zur Wahl eines neuen Römischen Königs an Friedrichs Stele
zu schreiten, den 21. April 1246.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

a deo prudentiam, moneat efficaciter et inducat, ita quod diligentie tue studium appareat per effectum et nos sollicitudinem tuam merito commendemus. Dat. Lugduni, XII. kalendas Octobris, Pontificatus nostri anno tertio.

Nach einer Abschrift des Vaticanischen Archives. — In Voczet, Cod. dipl. et ep. Moraviae T. III, Nr. LXXVI, p. 58. 59, mit dem Datum XIII. kal. Octobr.

XXXIX. Paps Innocenz IV. fordert die Markgrafen von Brandenburg auf, unverzüglich zur Wahl eines neuen Römischen Königs an Friedrichs Stelle zu schreiten, den 21. April 1246.

Innocentius etc. nobilibus viris marchionibus Brandeburgenfibus. Quia inter ceteros orbis principes honorem ecclesie ac imperii Romani tenemini specialiter procurare, nosque firma credulitate speramus, quod ad exaltationem utriusque tanquam fide preclari et deuotione sinceri sollicitate intenditis et seruenter; eo confidentius vos ad id requirimus et hortamur, quo nostris in hac parte beneplacitis libentius et promptius vos credimus parturum. Hinc est, quod serenitatem vestram monemus, rogamus et hortamur attente, in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus pie penantes, quam dura persecutione Dei ecclesiam Fridericus, quondam Romanorum imperator, olim afflixerit et adhuc concepte malitie persecutor affligere non desistat, et quanta commotione guerrarum, velut feruens pacis emulus, quam plures provincias christianorum quassauerit et concutiat incessanter, considerantes etiam, quod si presato imperio fuerit, diuina operante clementia, de catholico et devoto imperatore provifum, et ipsius ecclesie cessabit tribulatio et pacis tranquillitas reddetur populis christianis, totius diligentie studium adhibere procuraretis, ut electio de Romano rege in imperatorem postmodum promovendo, unanimiter absque dilationis dispendio celebretur, ita quod ex hoc grande a Deo premium et uberiozem ab apostolica sede favorem consequi mereatis. Datum Lugduni, XI. Kal. Maii, anno III^o.

Ebenbaser. — Pertz, Monumenta historica Germaniae IV. Legum II, 362. Aufforderungen gleichen Inhalts ergingen an Baiern, Böhmen, Sachsen, Meissen, Braunschweig, Brabant und Würzburg.

XI. Paps Innocenz IV. empfiehlt auf Bitten des Markgrafen Otto von Brandenburg den Capellan desselben, Probst zu Stendal, Albrecht, zu einer domherrlichen Pfründe im Hochstifte Halberstadt, am 16. August 1247.

Innocentius — Decano et Capitulo Alberstatiensi. Ad faciendum dilecto filio Alberto Preposito Stendaliensi ecclesie, dilecti filii nobilif viri oddonis Marchionif Brandeburgenfif, capellano, gratiam specialem, ipsius Marchionif preces ac eiusdem Prepositi merita, super quibus ei perhibetur testimonium laudabile, nos inducant. Quocirca universitatem vestram rogandam duximus attentius et monendam, quatinus recipientes eundem Prepositum